



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica. Oder. Beweiszliche Ableinung der Nichtwerdigen  
Defension Schrifft/ wegen der schlimmen Luegen  
Reuocation Praedigt/ mit welcher die Wittenbergische  
Theologi sampt jhrem fantastischen Raben ...**

**Leucht, Valentin**

**[Frankfurt am Main], 1602**

sordiſimum impurae Lutheranorum Theologiae studiosum, qui eidem  
Apologiae Metamorphosin sordibus pleniſſimam subiunxit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32863**



IN VVITTENBER-  
GENSES MINISTROS.

*Qui Germanicæ GODEFRIDI RABI Apo-  
logia præfationem iteratò præfixerunt.*

**Q**uod mendacia spargitis, MINISTRI,  
Crassa, quæ placeant rudi popello,  
Quod conuitia iungitis procaces,  
Vestram ignominiam, vt dolis tegatis;  
Hoc probè efficitis probi MINISTRI.  
Sola hæc Hæreticos tuentur aema,  
Hæc sunt munia vera PRÆDICANTVM.  
Qui si dicere vera somniarent,  
Si mendacia, vel dolos relinquant;  
Cessent protinus esse PRÆDICANTES.

---

AD ABRAH. MEZENERVM COPROLOGVM.  
*sordidissimum impuræ Lutheranorum Theo-  
logiæ studiosum, qui eidem Apologiæ Metamorphosin sor-  
dibus plenissimam subiunxit.*

**V**ox verissima, MEZENERE: Quicquid  
Volunt corde homines, loquuntur ore,  
Produnt verba, animi intimos recessus,  
Prodis mentis item tuæ, recessus,

Et quis



In Mezenerum Coprologum.

Et queis sordibus inquinare totus,  
Iisdem sordibus inficis papyrum;  
Vt si te haud pudeat loqui hæc pudenda;  
Legisse at pudeat viros honestos,  
Plenis scommata deuoluta plaustris,

Et te Theologum tamen fatéris  
Cum sis Coprologus magis vocandus,  
Credo at Theologus vidéris esse,  
Inter Theologos Lutherianos,  
Qui esse Theologi sibi videntur,  
Si sint per similes suo LVTHERO  
Qui stercus, crepitus, natesque iactat,  
Aut si fœdus est quid, his vel istis.

Si hi sunt Theologi Lutheriani,  
Verè es Theologus Lutherianus;  
Atque in hoc studio probè institutus,  
Breui pro Studio cris Magister.  
O dignissime sordium Professor,

---

*In impuritatem eiusdem Mezeneri conuenit  
carmen A. F. olim editum.*

**D**Vm stomachans loqueris, merda est tibi semper  
Merda sit ac vtinam semper in ore tuo! (in ore,  
Os, ea si loquitur, quibus & cor abundat (vt author  
Certus ait) cor erit quanta latrina, tuum?

T 2

AD